



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Dionysii Carthvsiani, luculenta iuxta ac compendiaria  
in Acta apostolorum exegesis siue commentaria**

**Dionysius <Cartusianus>**

**Coloniæ, 1532**

**VD16 D 1926**

Naum habet Cap. III. Et loquitur de ira dei & vindicta graui contra Niniuen,  
qui ad prædicationem Ionæ pnitentiam egerunt de peccatis, & postea  
fuerunt peccatis maioribus inuoluti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38702**

D. DION. A. RICK. CART.  
Et deducet me dominus in lucem, & videbo iusticiam  
eius. Et aspiciet me inimica mea, & operietur confusio  
ne quæ dicit ad me, Vbi est deus tuus. Pasce populum  
tuum in virga tua, gregem hæreditatis tuae. Videbit  
gentes & confundentur super omni fortitudine sua.  
Non immittet dominus ultra furorem suum, quoniam  
volens misericordiam est. Reuertetur & miserebitur  
nostris. Deponet iniurias nostras, & projeciet in pro  
fundum maris omnia peccata nostra.

Naum habet Cap. III. Et loquitur de  
ira dei & vindicta graui contra Ni  
niuen, qui ad prædicationem Ionæ  
pœnitentiam egerunt de peccatis,  
& postea fuerunt peccatis maioribus  
inuoluti. Cap. I.



Eus æmulator & viciscens dominus. Vi  
ciscens dominus & habens furem, vi  
ciscens in hostes suos. Dominus in tem  
pestate & turbine viæ eius. Increpans ma  
re & exiccans illud. Ante faciem indigna  
tionis eius quis stabit, & quis resistet in  
ira furoris eius. Bonus dominus & confortans in die  
tribulationis, & sciens sperantes in se, Quid cogitatis  
contra dominum, consummationem ipse faciet. Non  
consurget duplex tribulatio. Ecce super montes pedes  
euangelizantis & annunciantis pacem.

Cap. 3.

Aquam propter obsidionem hauri tibi, extræ muni  
tiones tuas.

Abacuc continet Cap. III. Et loqui  
tur de disputatione, quam propheta  
fecit cum deo & hoc mundo: & quo  
modo iusti conculcatur, & prosperan  
tur iniqui. Cap. I.

## EPITOME EX ABACVC.

**V**Squequo domine clamabo, & non exaudies, vociferabor ad te vim patiens, & non saluabis. Quare non respicis contemptores & taces conculcante impio iustitorem se. Propter hec lacerata est lex. Quia impius præualet aduersus iustum, propterea egreditur iudicium peruersum. Nunquid non a principio domine deus meus, sancte meus, & non moriemur. Mundi sunt oculi tui ne videas malum, & respicer ad iniuriam non potes. Quare non respicis super inique agentes, & taces deuorante impio iustitorem se.

### Cap. 2.

Super custodiam meam stabo, & sigam gradū meū super munitionem & contemplabor. Ut videam quid dicatur mihi, & quid respondeam ad arguentem me. Apparebit dominus in finem & non mentietur, si moram fecerit expecta eum, qui aveniens veniet & non tardabit. Ecce qui incredulus est, non erit recta anima eius in semetipso. Iustus autem in sua fide viuet. Quō vinum potantem decipit, sic erit vir superbus, & non decorabitur. Qui dilatat quasi infernus animam suam & ipse quasi mors, & non adimplebitur. Vae ei qui multiplicat non sua. Usquequo aggrauat contra se lutum densum. Vae qui potum dat amico suo, mittens fel suum, & inebrians, ut aspiciat nuditatem eius. Dominus autem in templo sancto suo, fileat a facie eius omnis terra.

### Cap. 3:

Domine audiui auditionem tuam & timui &c. Operuit cælos gloria eius, & laudis eius plena est terra. Cornua in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo eius. Egressus es in salutem populi tui, in salutem cum Christo tuo &c. Ego autem in domino gaudebo, & exultabo in deo Iesu meo. Deus dominus fortitudo mea, & ponet pedes meos quasi ceruorum. Et super excelsa mea deducet me vicit, in psalmis canentem.

d